

Verum in vii. Capitulo, hæresis Monothelitica propinatur de Christo scilicet *operante Deo decibilia & humana, una Deivirili operatione*: in hac verba . , Siquis unum Dominum nostrum Jesum Christum in duabus considerari dicens naturis, non eundem Unum de Trinitate confiteatur, sempiterne quidem ex Patre genitum Deum Verbum, novissimis autem saeculi temporibus eundem incarnatum atque genitum ex sanctissima & intemerata Domina nostra, Dei Genitrice, semperque Virgine, Maria, sed alterum hunc noscit, & alterum , & non unum eundemque secundum sapientissimum Cyrillum, in Deitate perfectum , & in humanitate eundem perfectum, ex hocque solo in duabus contemplandum naturis, eundem passum, & non passum, secundum aliud, & aliud, sicut idem Sanctus Cyrillus ait : & passum quidem humanitus carne, secundum quod homo est ; per manentem vero impassibilem, ut Deum , in passionibus propriæ carnis : eundemque unum Christum , & Filium, ἐνεργῆτα τῇ θεοπεπονθεὶ ἀνθρώπινᾳ μητρὶ θεομήτρῃ ἐνεργεῖα, κατὰ τὸν ἐν ἀγίοις Διονύσον, operantem Deo decibilia , & humana, una deivirili operatione, secundum Sanctum Dionysium : sola contemplatione discernens ea, ex quibus Unitio facta est, & hac intellectu considerans inconvertibilia & inconfusa post eorum naturalem & secundum subsistentiam unionem manentia : in hisque indivisa atque inseparabiliter unum eundemque Christum & Filium recognoscens, juxta quod duo ad invicem inconfuse convenientia considerat intellectu , πραγματικὴν ἀντῶν τὴν θεοπατρικὴν ποικιλότητα , realēm (1) eorum contemplationem faciens, & non phantasias mendaci, atque inanibus mentis figuris , δύναντα (2) δὲ σθαμᾶς, ὡς ἀνηρησέντος ἢδη τῆς εἰς δύο διατομῆς διὰ τὴν ἀφασίον τῇ ἀπεριύότοντος ἔνωσιν , nullatenus vero disjungens, quasi perempta jam illa, quæ in duo est, sectione , propter ineffabilem & inexcogitabilem unionem , dicens secundum Sanctum Athanasium : simul enim

(1) Al. causativam . Rectius realēm

(2) Διτέσσι . non recte .